



**R. P. Francisci Svarez Granatensis, E Societate Iesv
Doctoris Theologi; Et In Conimbricensi Academia
Sacrarvm Litterarvm Olim Primarii Professoris Emeriti De
Divina Gratia Pars ...**

Continens Libros III. IV. Et V. De Avxiliis Gratiae In Generali, De Avxilio
Svfficiente, Et De Avxilio efficaci Gratiae Dei

Suárez, Francisco

Mogvntiae, 1652

XXXV. Proponitur altera sententia, quæ docet generalem concursum Dei
esse influxum in effectum, & imbibitum in actione causæ secundæ:
influxum autem in causa per se, & ex vt vi generalis concursus ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94118)

hinc pertalem concursum, vt supra probaui, so-
lūm ergo applicat causam secundam ad actionem
gratias applicare lapidem ad motum, quo dici potest
parte applicationis nihil est, quod per formam in-
herentem necessariū agendum sit. Alioqui etiam
scilicet efficientia per se posset ille concursus intel-
ligi necessarius vt mera conditio sine qua non,
quod si prā improbationem est, & ab aliis etiam au-
thoribus non admittitur.

Deinde quod de motione dicitur; quædam pe-
titioni principij est; nam causa secunda non præmo-
uetur à prima; vt generaliter concurrente nisi per
hunc concursum præuium; vt ipsi dicunt; ergo
causam secundam præmoueri à prima, nihil aliud
est, quàm recipere ab illa hunc influxum, seu con-
cursum; ergo dum dicitur ideo esse necessarium
hunc concursum in illa recipi, quia necessarium
est illam præmoueri; idem per idem declaratur,
et assertio ipsa pro ratione alijs verbis redditur.
Hoc est quidem quod inquirimus, cur tam ne-
cessarium sit causam secundam præmoueri à pri-
ma; vt auxilium illud ad operandum, quod medi-
a illa promotione recipit, non possit ab ipso
Deo immediate recipere, maxime quando in cau-
sa secunda supponitur propria virtus actiua ta-
lis effectus in suo genere efficiens; vt prædicti
auctores, et omnes recte sentientes admittunt.
Hæc ergo sunt quæ huius sententiæ difficultatem
generatim ostendunt, et ad illius sensum explican-
dum nobis visa sunt necessaria.

CAPVT XXXV:

*Proponitur altera sententia, quæ docet generalem
concursum De esse influxum in effectum, & im-
bibitum in actione causæ secundæ: influxum
autem in causam per se, & ex vi genera-
lis concurrere necessarium
non esse.*

1.
Propositur
hæc senten-
tia & expli-
catur.

Quæ hæcenus tractauimus ostendunt quidem
quam sit obscura, & intellectu difficilis sen-
tentia postulans huiusmodi concursum pre-
teritum, seu influxum in causam; & quia neces-
sitas eius nullo sufficienti medio suaderi videtur,
ideo communiter Theologorum opio non indicat
talem influxum in causam ex vi generalis depen-
dentie causæ secundæ à prima in agendo non esse
necessarium. Attente autem considerata sunt
illa verba, præ oculis habenda ex *vi generalis depen-*
dentie, quia non negant Theologi, imò pro certo
supponunt, Deum influere variis modis in ip-
sas causas secundas vt agere possint, præsertim
quando ex se non habent virtutem propriam suf-
ficietiam ad aliquem effectum: at vero quando
causa supponitur habens vires intrinsecas suf-
ficientem in genere causæ primæ, tunc aiunt solam
indigere concursu simultaneo, & imbibito in a-
ctione causæ secundæ; nouum autem influxum
præuium in causam necessarium non esse: vnde
cum eadem proportionem in concursu gratiæ philo-
sophatur.

Probatur

Hæc ergo opinio sic expofita fumitur ex Bonavent.^a difputatione 37. articuli. i. quæft. II. ubi quaerit, an omnis actio creaturæ fecundum quod actio eft, fit à Deo? & refpondet afirmando, & rationem reddit, quia nihil quantumcumque parum, dummodo aliquod fitens, ꝛꝫcedit à caufa creata, nifi cooperante Deo, quia Deus eft

Fr. Suarez de Gracia Pars II.

primordialis causa omnis entis, & ideo eius in-
finituentia est inaxima, & ad omnia se extendit, & po-
tentia creaturæ est imperfecta, & nihil potest agere
nisi adiuvante illa potentia, quæ est actus purus. in quo
toto discursu solum discursum concomitantem
requirit. In solutione verò ad penultimum ac-
dit, hunc concursum Dei talem esse, vt tota operatio
voluntatis sit ab ipsa voluntate, & eiam tota sit à Deo
quia Deus (ait) intime agens in omni actione, & intimus
est ipsi potentia operanti, ita quod à potentia ipsa in nihil
exit, quod non sit ab ipso. per quæ verba solum requiritur
ad generalem Dei concursum intrinsicè imbi-
bitum in actione creaturæ, quatenus simul, & im-
mediate est ab ipso Deo. quod euidenter declarat
in solutione ad ultimum, in quo obiecerat, quod
si actio voluntatis est à Deo, erit ab illo vt princi-
pali motore, & consequenter Deus concurret ex-
citando, & mouendo voluntatem hominis. Respon-
dendum est concedendo assumptum, nimirum
Deum concurrere, vt principale mouens in tali
actione, & negando illationem, nimirum Deum
concurrere excitando, aut premouendo, vtique
ex vi generalis concursus causæ primæ, excitatio
(ait) pertinet ad aliquem effectum gratia præuenientem
ipsam voluntatem, quæ requiritur in bonis meritoris, &
non aliis, in quibus (ait) non est nisi sola cooperatio diuinæ
virtutis, quæ existens in creatura, essentialiter, & præ-
sentialiter, sicut conseruat eam in essendo, sic adiuvat in
operando, propter quod conceditur ibi esse cooperatio, non
præuentionis, vel subsecutio. profectò nihil clarius dici
poterat.

Secundò tenere eandem sententiam Scotus in 4. dist. 1. q. 1. ad ultim. in argumento hoc sumplerat ^{3.} ~~Scotus~~ ^{dem doct.} principium : *Causa secunda plus potest in virtute causæ primæ, quàm in virtute propriæ, à loqui non dependet essentialiter in causando.* Respondens autem sic ait, *Agens dependens ab alio dicitur agere in virtute alterius, quia virtus agens dependens non sufficit sine illa virtute, à qua dependet.* Et infra iterum, *Causam* (inquit) *secundam, quia habet virtutem inefficacem, agere virtute alterius, non est recipere tum aliquid ab illo altero, sed tantum habere ordinem inferiorem ad illud alterum agens in suo ordine simul.* Et in hoc distinguit causam secundam à proprio instrumento, dicens : *Sed instrumentum, id est, recipiens formam actiuam in motione agere in virtute alterius est, tunc actualiter accipere formam ab eo per quam agit.* Vnde sic concludit. *Et ex hoc patet quod causa primæ in causam secundam propriè dictam, quando simul agunt, non est influentia noua, quæ sit creatio alicuius inherens causæ secundæ, sed ibi est determinatio ordo ipsarum causarum in agendo effectum communem.* Ac tandem respondendo ad principium in argumento sumptum, sic illud exponit. *Verum est quod causa secunda plus potest in virtute alterius, quàm propriæ, supple (ait) sola praesumendo virtutem alterius, quia virtus eius est diminuta, & subordinata alterius virtuti, itaque sine illa altera virtute agens virtus eius non potest in effectum.* Hæc Scotus, in quibus non solum dictam sententiam expressè affirmat, sed etiam accuratissimè illam explicat, & omnia fundamenta contrariæ sententiae vnico ferè verbo euertit. Eandemque doctrinam optimè confirmat & exponit in 2. dist. 37. q. vnic. §. *Ad solutionem*, quem locum infra cap. latius expendam.

Tertio tenet eandem sententiam Gabrielin 2. 4.
dist. 37. quæst. vnic. art. 1. ad argumenta de prima Consentit
via, ubi eodem modo explicat subordinationem, Gabr.
& dependentiam essentiali voluntatis humanæ
à diuina in causando actum suum, quo Scotus il-
lam exposuit, dicens, *In hoc fôrdo essentiali, quod
voluntas creata non potest elicere actum non concurrere pri-
ma coëfficiendo, licet non è conuerso, & in hoc essentia-
liter subordinatur prima causa: nec sic mouetur à prima*
O 2 *causa*

causa, quasi aliquid de nouo causet, vel infuat in voluntatem, quo voluntas velit. Vnde idem Gabriel. in 2. dist. 1. quæst. 2. art. 2. concl. 4. sic inquit, *Deus non præuenit causando in causam secundam secum concausantem, ita quod in aliquo instanti, vel signo causet nulla causa secunda concurrente, & postea cum ea concauset.* articulo tertio, dubio quinto multis modis eandem sententiam confirmat. Nam ad primum ait, *causam primam non agere propriè mediante secunda, quia simul, & aequè immediatè concurrunt ad effectum producendum.* Et ad secundum ait, *ordinem essentialium inter causas non consistere in mediante, sed in prioritate perfectionis, illuminationis, & necessitatis, quia causa prima necessariò requiritur ad actionem, non secunda. eandemque doctrinam breuiter tradiderat in 1. distinctione 45.*

Idem docet
Richard.

Quartò sumitur eadem doctrina ex Richardo in 1. dist. 45. art. 2. quæst. 2. vbi docet Deum concurrere cum causis secundis immediatè efficiendo effectus eorum altiori modo, quàm ipsæ causæ, licet simul cum eis. Et quamuis expressè non excludat antecedentem influxum causæ primæ in secundam, dum tamen nullam mentionem eius facit, apertè sentit in sola illa simultanea concausatione consistere concursum primæ causæ, refertque Commentatorem super librum de causis circa illam propositionem primam. *Causa prima est vehementiori adherentia cum effectu, quàm causa propinqua, dicentem: Causa prima adiuuat causam secundam super operationem suam, quia omnem operationem quam causa secunda efficit, & causa prima efficit, verumtamen efficit eam per modum altioris, & sublimioris.* vbi tam verbum adiuuandi, quàm cætera omnia significant simultaneum concursum in effectum sine ulla præuio influxu in causam.

& Gregor.

Quintò consentit huic sententiæ Gregor. 2. dist. 28. quæst. 1. art. 3. ad 12. vbi de bonis actibus dicit, *iuuat nos Deus immediatè ipsum actum efficiendo, quamuis non ipse solus facit actum, sed etiam voluntas coëfficit, sed non solum, ait, iuuat Deus ad bonum, pelle partialiter coëfficiendo, qui est modus communis quo concurrunt ad cuiuslibet creati agentis quolibet effectum, sed etiam quodam alio modo speciali, &c.* vbi licet ad actus bonos, quos putat non posse fieri sine gratia, requirat specialem motionem, nihilominus negat illam esse necessariam ad generalem concursum causæ primæ, & ideo negat illam motionem dari ad actiones peccaminosas, etiam ut actiones sunt, & ad cæteras actiones causarum secundarum. Vnde Ledesma citans hunc locum fatetur Gregorium expressè docere, quod ex essentiali subordinatione causæ secundæ ad primam non requiritur alius concursus Dei præter simultaneum. Potuisset tamen addere, eodem modo idem expressè docuisse Capreolum, non solum à nobis allegari in nostrum fauorem, ut ait. Sextò igitur addimus Capreolum in eadem dist. quæst. 1. artic. 3. ad 12. contra secundam conclusionem, vbi ad litteram refert doctrinam Gregorij, & non solum illam approbat, verum etiam in fine concludit. Hæc Gregorius, & concordat S. Thomas in 1. 2. quæst. 109. quasi in singulis articulis potissimè 9. & 10. Immeritò ergo idem Ledesma dixit in eodem art. ad 2. Capreolum in eo loco admittere concursum præuium: cum enim Capreolus nihil aliud, quàm Gregorius dicat, qui fieri potest ut Gregorius expressè neget, & Capreolus expressè affirmet? Præterea hic author confundit auxilium præuium gratiæ cum concursu generali, quæ ibi Capreolus cum Gregorio distinguit, & vterque postulat præuiam motionem gratiæ ad omne bonum opus naturale: vterque autem apertè docet illam neces-

Ledesma.

Accedit.

sitatem non esse ex vi concursus generalis, sed aliunde. Quamuis ergo Capreolus expressè requirat illud præuium gratiæ auxilium, non minus expressè negat illud esse necessarium ad concursum generalem, neque in hoc aliquid diuersum Gregorio sentit.

Septimò eodem modo tenet hanc sententiam Dionys. Cisterc. in 2. dist. 27. quæst. vnic. art. 3. concl. 5. quam his verbis explicat: *Deus non est cause iuuamentum, nec esse potest, nisi respectu creati arbitrij in nobis.* Vocat autem causale iuuamentum, quando verè vna causa iuuat alterius actiuitatem, & hoc dicit non esse necessarium in causa prima respectu secundæ, sed solum quod secunda non facit sine Deo coëfficiente ponitque exemplum in actu furandi.

Octauò tenet hanc sententiam Okam 1. d. 43. q. 1. vbi tractans quæstionem, an ex contingentia effectuum vniuersi demonstretur causam primam liberè agere, inducit rationem Scoti, quod si Deus ageret ex necessitate naturæ: tolleretur ab vniuerso contingentia, quia omnes alie causæ secundæ eadem necessitate agerent, quia causa secunda non agit nisi mota prima. Vnde si necessario moueretur, necessario etiam moueret. Et deinde rationem improbat, distinguendo propositionem illam: *Causa secunda non causet, nisi in quantum mouetur à prima, nam vel dicit causam secundam moueri à prima, ut agat, & conseruari ab illa in esse, & in hoc sensu nullius momenti est illatio, ut per se patet: vel est sensus, causam secundam non agere nisi recipiat aliquam influentiam à prima, sed ipsamet est principium agendi, vel est sensus, causam secundam non agere nisi prima coagat.* Et hunc sensum approbat quoad rem nostram pertinet: improbat autem illationem, de qua nunc non tractamus. Ex quibus constat de sententia huius authoris causam primam concurrere concursu concomitante, hoc enim est coagere, non tamen præuiò, quia non admittit præuiam influentiam in causam.

Nonò tenet hanc sententiam Almainus tractat. 1. Moral. cap. 1. vbi proposito argumento contra libertatem, quia concursus Dei est vnum ex necessariis ad agendum, & illo posito, non potest voluntas non agere, respondet ex sententia Dionys. in 2. sentent. concursum non esse ex præuijs, seu prærequisitis ad agendum, sed ex concomitantibus, seu simul se habentibus, quam resolutionem ipse approbat, addens etiam ipsam velle, quo vult Deus concurrere cum voluntate in causando non esse præuium, sed simul se habens quod infra nos explicabimus. Alia verò responsio, quam ibi addit, parum quidem probabilis est, ut in lib. 5. videbimus. Decimò est in eadem sententia Andreas de Castro nouo in 1. d. 22. q. 5. art. 1. ad argumenta contra tertiam conclusionem, in qua dixerat Deum in aliquo vero sensu, prius Capreolum nature agere, quàm secundam causam. Ad soluendam autem obiectionem subiungit dici posse, causam primam prius natura agere, etiam si causa secunda causare efficiens non recipiat aliquid nouiter à causa prima, ex eo quod incipiat causare: atque adeo si causam secundam causare non sit nouus effectus productus à prima causa distinctus ab effectu communi vtriusque causæ, quia nimirum ad illam prioritatem nature sufficit, quod causa secunda pendeat à prima in essendo, & in causando, ita ut agere non possit nisi prima coagente per se ad idem. Et id latius in 2. art. ad argumenta contra secundam conclusionem in principio, & ad 7. expressè dicit, quod causa secunda non ita pendeat in agendo à prima, ut prius natura recipiat aliquem motum ab illa, sed solum

sunt quia per se non sufficit ad agendum sine cooperatione primæ causæ. Et ad 8. ait, influentia primæ causæ non intelligitur esse aliqua forma procedens nouiter à causa prima in secundam, &c.

13. Undecimò Marius in 1. quæst. 45. art. 2. post quartam conclusionem incidens dubium proponit, an Deus voluntate beneplaciti voluerit Eum eligere comedere de ligno scientiæ; & respondet voluisse Deum voluntate beneplaciti ad illum voluntatis Eius quoad substantiam adus, dum tamen (ait) mulierem vellet, quod exponit, quia in potentis liberis Deus ut causa vniuersalis agit cum eis, ita ut quousque potentia duxerint eligendos Dominus coagat tantam causa vniuersalis. Vbi ex vi concursus nullam præuentionem ponit ex parte Dei, solumque requirit simultaneam cooperationem Dei, & hanc dicit procedere à voluntate beneplaciti Dei non omnino absoluta, sed sub conditione, si causa libera cooperari voluerit: imò quoad actus malos in aliud extremum inclinat, dicens voluntatem hominis quoad modum præuenire voluntatem Dei, qui cum tales actus sint contra voluntatem Dei, illos voluntas diuina non producat, nisi præuenta aliquo modo per voluntatem creatam liberè se determinantem. Et ita concludit voluisse Deum volitionem illam Eius, si Eius ad illum se liberè determinaret, & quasi liberè (ait) Deum ad seum præuentionem præueniret. Sed fideliter huius authoris sententiam referimus: nam per illud verbum satis declarauit, quam longè esset à præuia motione ex parte Dei, vel voluntatis eius approbanda.

14. Duodecimò pro eadem sententia referimus Conradum 1. 2. q. 79. art. 1. in expositione corporis articuli 5. Nota ipsam. ibi enim occasione explicandi concursum Dei ad actionem peccati, quoad substantiam eius, generaliter aduertit concursum generalem non esse ita concipiendum, an si prima causa in aliquo instanti attingat effectum, & operationem causæ secundæ in se ipsa, quasi habeat viam actionem præuentionem ad actionem creaturæ, seu voluntati peccantis. Ille enim (inquirit) sensus falsus est, non enim cum aliquis vult operari, antequam velit præcedere motionem Dei, loquendo de naturali voluntate. Et infra: Sensus autem verus est, quod si prima causa non producat, nisi in virtute primæ, quæ secundam contingit suo effectus, intrinsece attingit effectum, quam secundam. Modum autem declarat addens: sed cooperatio intrinsece secundum modum naturæ causæ secundæ. Unde attingit operationem voluntatis modificatam, iuxta conditionem voluntatis. Negat ergo præuentionem in ipsam voluntatem, solumque admittit cooperationem eiusdemmet operationis voluntatis; quod iterum atque iterum repetit, & infra circa actum peccati addit dictionem exclusiuam, dicens, solum habet motionem exclusiuam, & prius attingit cooperando, quia intrinsece attingit quod prius infra dicit esse tantum prius perfectione.

Decimo tertio allegamus Caiet. 1. p. q. 4. art. 13. circa ad 1. 5. Nec iustissimus, ubi negat præuiam motionem Dei in voluntatem liberam, & hac ratione descendit contra Scotum, quod licet Deus ageret necessitate naturæ, & ita concurreret cum voluntate libera, actus voluntatis creatæ posset esse contingens. Unde cum Scotus argumentetur, quia causa quæ mouet, in quantum mota, si necessario mouetur, necessario mouet. Respondet Caiet. illam propositionem posse intelligi, vel de motione præuia, vel de motione cooperante intrinsece ad propriam actionem, & in priori sensu admittit posse propositionem, non autem in posteriori, quia causa cooperans intrinsece cooperari vniuersique secundum

Ex Suarez de Gratia Pars II.

modum eius cui cooperatur. Et adiungit, talis autem est cooperatio primæ causæ de qua scriptum est, Attingit à fine usque ad finem, & disponens omnia suauiter. Vbi aperte in diuino concursu admittit cooperationem, & negat præuiam motionem, alias argumento non responderet, nec applicaret distinctionem, quam præmittit. Et eandem doctrinam habet eadem 1. p. quæst. 19. art. 8. in fine, ubi responderet eidem Scoti expressius negando præuiam motionem, sic enim ait: Non enim oportet cum aliquis vult aliquid, seu cum Sol illuminat primam causam, præuia motione cooperari, sed sufficit, & exigitur eam intrinsece cooperari tali electioni, vel illuminationi.

Hæc ergo sententia, & doctrina aded est constans apud Caietanum, ut verisimile non sit in Eiusdē Calocis citatis cap. 27. sentisse contrarium, cum necetani mens id exprimat, nec ideo sint distincta, ut credendum sit per obliuionem contraria docuisse. Potius ergo ex illis locis inter se collatis colligendum est (quod de Capreolo etiam intelligatur) intellexisse Caietanum ad veritatem omnium locutionum D. Thomæ in hac materia, & ad explicandos varios modos, quibus dicere solet causam primam iuuare secundam, sufficere influentiam Dei in ipsam causam secundam, qua illi det esse, virtutemque naturam, seu permanentem ad operandum, & concursum simultaneum, quo in eius effectum influit, quod an ita sit postea examinabimus.

Hos autores aded fusè retuli in primis, ut de sensu eorum dubitari non possit. Deinde, quia ex verbis eorum plures rationes ad eandem sententiam confirmandam desumi possunt. Item, quia obiter indicant quomodo intelligendæ sint variae locutiones in hac materia quæ prioritatem in causando causæ primæ etiam ut concurrenti cum secunda attribuunt. Præterea necessarium iudicauimus dictos autores distinctè recensere, quoniam ad eleuandam huius sententiæ autoritatem, quidam vir doctus illam referens, dixit, eam antiquo tempore tenuisse quosdam Theologos, cum iam esset antiquata, & veluti extincta, modo iuniores Theologos illam suscitasse, nominat autem Molinam, Vasquez, & Suarez. Ex his autem quæ adduximus, euidenter lectori constabit testes huius assertionis non integrè nec sincerè fuisse productos. Qui enim audit quosdam Theologos, & antiquo tempore, faciliè cogitabit ante plura secula paucos, & ignobiles Theologos illam sententiam docuisse: postea vero longè plures, & doctores illam sua auctoritate obruisse, & sepelisse. Vtrumque autem horum falsum esse ostenditur apertè, quia non aliqui, sed omnes, vel ferè omnes antiqui Theologi illam sententiam docuerunt. Nam plures eorum allegauimus, & alij vel inciderunt in errorem extrinsecè contrarium, negando etiam simultaneum concursum primæ causæ; ut Aureolus, Durandus, & similes, quos propterea merito omittimus, vel tantum simultaneum concursum, concesserunt & tacite alium excluderunt, quos etiam omittimus, quia non ita expressè loquuti sunt. Et omnes etiam qui specialiter in actione peccati negant Deum dare præuiam concursum, hanc sententiam apertè supponunt, illos verò cap. addemus. Solum nobis superest D. Thom. sed illius mentem in sequentia capita expendendam reseruauimus. Nunc satis esse censuimus, tres præcipuos illius defensores, & expositores ita illam intellexisse, non ergo quidam Theologi, sed ferè omnes ita senserunt.

Deinde non ante quo tempore, sed vsque ad nostra tempora illam sententiam docuerunt; ergo nunquam antiqua fuit, alioqui designent vel personas, vel tempora, vel loca, seu Academias quæ

ita nun-
quam fuit
antiquata.

Ruard.

Corduba.

Lychetus.

Bellarmin.

Cumel.

Lorca.

18.
Hinc colli-
gitur male
notari hanc
sententiam.

doctrinam illam aboleuerint aut repudiauierint. Assumptum patet ex dictis, tum, quia Caietanum certe non multum nostra tempora antecessit, tum etiam, quia post Caietanum, ante, & post illos tres modernos, multi alij Theologi in variis regionibus illam doctrinam approbarunt: vt Ruardus artic. 7. proposito 10. de concordia gratiae, & lib. arbitr. vbi allegat Gregorium, Gabrielem, Nouocastri. & Caietanum, eorumque sententiam non vt antiquatam excitat, sed ad vt veram, & suam auctoritatem retinentem amplectitur. Corduba etiam l. 1. question. q. 55. dub. 4. §. *Ad supra dictas*, cum Lycheto in l. dist. 8. q. 4. circa finem, & disp. 39. q. 1. §. *Has tamen*, aperte supponunt hanc sententiam, nam ad defendendam sententiam Scoti de radice contingentiae contra Caietanum dicunt, nunc de facto causam primam non praenire causas secundas in agendo, vel mouendo illas, quia voluntate libera suum concursum accommodat, quod facere non potest si ex necessitate naturae ageret. Ex qua doctrina solam nunc sumimus, quod ad controuer- siam praesentem pertinet, quidquid sit de alia hypothetica quaestione si Deus ex necessitate naturae ageret, quid sequeretur in actionibus causarum secundarum. Occasione vero illius nonnullas rationes adducit Lychetus, quae validae profecto sunt ad impugnandum illum, primum influxum causae primae in secundam, sed virtute à nobis tactae sunt in superioribus. Item Bellarminus lib. 4. de grat. & lib. arbitr. cap. 15. hanc sententiam sub probabilitate defendit, imò etiam Cumel vnus ex praecipuis defensoribus auxiliij praedeterminantis gratiae cum de concursu ad actiones malas agit, negat concursum primum seu praemouentem voluntatem ad actum peccati etiam pro materiali, & consequenter negat illam praemotionem pertinere id concursum primae causae, generatim, & quali essentialiter necessarium, p. q. 22. art. 4. in Appendice concl. 5. Idemque postea constanter sequutus est P. Lorca l. 2. q. 79. disp. 38. & q. 11. art. 3. disp. 20. membr. 1. vbi de priori sententia affirmat à temporibus Magistri Scoti incepisse, & ab eius successoribus in eadem schola clarius explicatam, & acriter propugnatam esse, non tamen credit satis id fuisse ad contrariam communem sententiam antiquandam, vel Theologorum scholis relegandam.

Vnde tandem concluditur excessisse valde auctorem illum, qui hanc sententiam improbabilem appellauit, & priorem dixit esse certissimam. Nam in primis opinionem quam tot graues Theologi docent, nullus, qui eos legerit, & intellexerit, iure potest vocare improbabilem, cum probabile sit quod pluribus sapientibus verum videtur. Deinde opinio tam communi consensu omnium Theologorum probata non potest optimis, & efficacibus rationibus destitui; quomodo ergo contraria sententia potest esse certissima? Denique non potest dici certum, & contrarium improbabile, quod ne fides docet, nec efficaci ratione probatur, aut tanto pondere humanae auctoritatis astringitur, vt illi se opponere temerarium, vel saltem improbabile iudicetur. In hoc autem puncto nihil haecenus fides docuit, vt est certum, nec tantae auctoritatis pondere contraria sententia confirmata est, vt ex his quae cap. 27. fideliter allegauimus, constat. Et res ipsa adeo abstrusa, & intricata, vt vix explicetur à suis defensoribus, vt in capitulis praecedentibus vidimus. Quomodo ergo rationes eius possunt tantam certitudinem efficere? Abstrahendo ergo à censuris, & exaggerationibus, quid de hac re tota iudicemus, per partes in capitulis sequentibus explicabimus.

CAPVT XXXVI.

Influxum primum primae causae in secundam, non esse per se necessarium ad actiones proprias naturalium agentum.

Distinguiamus causas secundas in eas, quae ex necessitate naturae, & eas, quae liberè agunt, quoniam in prioribus facilius potest res explicari, & ab illis causis commodius, & distinctius ad ceteras transire faciemus. Dicimus ergo his causis naturalibus, quae in suo genere habent intrinsecam vim sufficientem agendi, non dari primum influxum primae causae, vel simultaneum tantum, cumque sufficere, vt actu operetur. Ad cuius assertionis probationem, ex sententia omnium rectè sententium in causis etiam aduersariorum non oportet probare, talem naturae influxum esse impossibilem, quia hoc nunc non asserimus, nec diuinam potentiam absolutam nunc contemplamur, sed prout iuxta exigentiam, & indigentiam causarum secundarum eas ad operandum adiuvat; ideoque si ostenderimus huiusmodi influxum non esse necessarium, inde sufficienter concludemus non esse, neque dari, quia nihil est futurum, & sine ratione alterendum in his, quae à Deo sunt, neque enim à Deo quidquam temere, atque in casum factum est, vt rectè dixit Nazianz. orat. 33. quae est secunda de Theologia.

Probatur ergo assertio, quia haec causa naturaliter agentes non indigent noua virtute agendi illis primum addita, vt suas efficiant actiones; ergo neque indigent nouo influxu primae causae in ipsis recepto. Antecedens admittunt aduersarij, imò pro illo pugnant, vt cap. videbimus, & merito, quia ipsae causae secundae sunt causae principales in suo genere, & non producant aliquid excedens perfectionem ipsarum, de his enim tractamus. Consequentia verò probatur, quia ille influxus solus potest esse necessarius propter virtutem aliquam agendi, quae per illum ipsi causae secundae conferatur; ergo si ad hunc finem necessarius non est, omnino est superfluous, nam ex parte Dei non est necessarius vili per modum instrumenti inferunt nam cum Deus ipse, eiusque increata virtus, & causae secundae, & illius effectus intime ad, & per se efficacissima sit ad suum concursum simultaneum praestandum, non indiget primum virtute creata per quam agat, vt supra etiam cap. ostensum est. Et ex ibi dictis potest haec ratio ampliari, & corroborari, quae repetere necessarium non est, sed insinuare; quia vel illa motio praetia est necessaria ex parte actus secundi, seu actionis causae secundae, vel ex parte principij: primum dici non potest iuxta contrariam sententiam, nam quod est primum ad actum secundum, quodque non sit à causa secunda, sed in ea tantum recipitur, non est pertinens ad actum secundum, nec ex parte illius tenet. Et ideo Scotus, Gabriel & alij, qui concursum simultaneum agnoscunt, rectè & consequenter dicunt concursum Dei se tenere ex parte effectus, non ex parte causae, vt Bellarminus supra notauit; atqui ponunt concursum primum non possunt illi consequenter attribueretur quod se tenet ex parte effectus, seu actus secundi, cum prius natura, ac subinde principium, & causam actus secundi illum esse definiant, vt late dicto cap. deductum est. Neque etiam potest esse necessarius ille concursus ex parte principij, quia vel est necessarius vt principium per se, vel vt sola conditio sine qua non. Prior pars impugnata iam est, quia neque ex parte causae secundae, neque ex parte primae causae